



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCXXIII. De Combustione duarum villarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

Lethoviam (*) deputati ad custodiam castri Bisene debebant recedere, & alii supervenire, quos ipse & sui complices omnes occiderunt, præter V. qui rejectis armis fugæ præsidio evaserunt.

(*) Desunt quædam. Suppleri forsan lacuna posset, si addantur :
iverunt. Tunc.

CAP. CCCXXII.

De

Combustione castri Bisene.

Odem anno in die B. Ambrosii frater Th. de Aldenburg, & frater Fridericus Quitz, & quidam aliis frater, cum tribus armigeris de Raganita iverunt versus castrum Bisenam, illo tempore, quo quidam Lethovini completâ hebdomadâ vicis suæ de custodia dicti castri debebant recedere, & ex eis sex occiderunt : Alii sex dum viderent duos armigeros, quos ad custodiam deputaverant, rejectis armis affugerunt. Post hæc fratres cum armigeris suis, invenientes dictum castrum vacuum, funditus combusserunt, & sic remansit hoc castrum desolatum usque in præsentem diem.

CAP. CCCXXIII.

De

Combustione duarum villarum.

Odem anno in æstate frater Hugo Advocatus Sambiensis de mandato Marschalcicū oœtingentis viris equitavit versus territorium Medenikam, & ordinatis insidiis in loco competenti, fratres de Raganita cum suis intraverunt illud, & combustis duabus villis occisisque viris & captis mulieribus & parvulis, celeriter recesserunt, quos CG. Lethovini hostiliter sequabantur.

Gcc

Sed

Sed dum viderent exercitum Christianorum, ruptis nimis mature insidiis fugientes evaserunt.

C A P. CCCXXIV.

Quomodo Deus fratres cum magno exercitu mirabiliter à periculis mortis liberavit.

Anno Domini MCCCCXVII. tempore hyemali frater Henricus Marschalcus & fratres & pugnatores de Sambia & Nattangia dum venissent ante territorium Waykinam, in primo somno noctis tempore, audita fuit horrenda intemperies aëris & insolita, quia venti in modum tonitrii tam horribiliter mugabant, quod præter timorem, qui per hoc hominibus fuit incensus, equi plures quam quingenti fractis frenis & canistris fugiendo discurrerunt per sylvam. Unde factum est, quod equis omnibus præter paucos cum magno labore & tædio recollectis fratrum exercitus est reversus. Postea compertum fuit in veritate, quod magna multitudo infidelium parata in armis fratres & eorum exercitum per tres dies expectavit, & si Christiani intrassent ad deprædandam terram ipsorum, nunquam aliquis ipsorum sano capite rediisset.

Anno Domini MCCCCXVII.
Joannes Papa Beatum Lode-
wicum Germanum Robertum
Regis Siciliæ Ordinis fratrum
minorum canonizavit, & pre-
cepit diem natalis sui, V. die
post Assumptionem Beatae Vir-
ginis celebrari.

C A P. CCCXXV.

*De Combustione suburbii castri Gedemini
G cateris.*

Eodem